



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1562 usque ad annum 1563

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011860X

§. 23. Regis exercitus in Normaniam irrumpens.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66641)

Sæcul. XVI. **A.C. 1562.** Montlucus una cum ducentis cataphractis accurreret, quibus suppetiis auxilii hujus Provinciæ Nobiles, ac incolæ lecto in hostes impetu plusquam quatuor eorum millia trucidarunt: nec minus prospera in Aquitania Catholicis ardebat fortuna; ibi enim Calvinistarum quamplurimi cæsi fuere: unde iniqua hac sorte deterriti Aginum, Marmandam, Toninium, Aiguillonium, Cleriacum, ac cuncta, quæ ad Garumnam fluvium occupaverant; oppida victoribus cedere cogebantur: insuper Lactorum deditioe acceperat Montlucus, qui postea Duracii copias insecutus illas Viriæ in Petrocoriensi agro prope Salatum profligavit.

§. XXIII.

Regis exercitus in Normaniam irrumpens.

Belcar.
comm. l. 3.

n. 1.

Thuan. l. 31.
6. l. initio.

Capta Bituricensi urbe, ut supra meminimus, Regis exercitus Aureliam, cui Condæus Princeps præerat obsidere parabat: verum alia ratione magis urgente in Normaniam contendere cogebatur; quippe Angli exsensione facta Neusdriam occupabant, quapropter Rothomagum invadere decretum est, ne hostis universam Provinciam communi consternatione depressam subigeret: itaque Amalius, & Stam-

Stamparum Duces, necnon Matignonus Sæcul. XVI.
 Regiis copiis imperabant: Principis au- A. C. 1562.
 tem Condæi nomine Gabriel Lorgesius
 Montgomeriensis Comes, necnon Mor-
 villerius exercitum ducebant; Dux ve-
 ro Bullionius Calvinista, ac juratus
 Montgomerii inimicus promiscue Ca-
 tholicis æque, ac Hæreticis, quantum
 poterat, damna inferebat, prout vel se-
 ctæ suæ studium, vel odii, quo in ho-
 stem suum ferebatur, libido eidem sug-
 gesserat, omnique data occasione tam
 hos, quam illos promiscua cæde dele-
 bat: eapropter omni ex parte commer-
 cii libertas erat intercepta, atque ipse
 etiam Senatus Rothomagensis relicta
 urbe Luparias secessit, proin ibidem
 tam justitiæ, quam Religionis Catholi-
 cæ exercitia cessabant. Equidem Amu-
 lius Dux non ita pridem hanc urbem
 obsederat, verum Morvillerii fortitudi-
 ne inde depulsus erat; quapropter Rex
 hanc ignominiam reparaturus exerci-
 tum suum admoveri, urbemque Mense
 Septembri ad medium vergente cingi
 iussit.

§. XXIV.

*Rothomagum a Regio exercitu obses-
 sum, captumque.*

Hanc urbem unacum duobus Anglo- Thuan. l. 33.
 rum millibus, octingentis Gallis, ac n. 4.
Hist. Eccles. Tom. XLV. T t tre-